



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliae Catholicae De Sacris Arcanis Deiparæ Mariæ Et Iosephi

Cum quadruplici Indice

Cartagena, Juan de

Coloniae Agrippinae, 1613

Homilia Tertia. Prosequimur idem argumentum causas alias assignantes, ob quas tàm B. Virgo, quàm eius Filius ad visitandam Elisabeth iter arripuerint, in eandem verba: Exurgens Maria abiit in montana.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51414)

preffis verbis definiuit Cōcilium Araufi-
canum dicens: Hoc etiam falubriter profie-
mur, & credimus, quod in omni opere bono nos
non incipimus, & poſtea per Dei miſericordiā
adiuamur, ſed ipſe nobis nullis procedentibus
bonis meritis, & fidem, & amorem ſui prius
inſpirat. Etenim cum omnis peccator cum
Dauidē clamare poſſet: Erraui, ſicut ovis
que perit: ceterū ſicut Paſtorē errantem o-
uem non querente facile illa in luporū
fauces venit, ita Chriſto non que-
rente peccatorem, facile ab immani illo
lupo, ſæuiſſimoque leone deuoratur, Pe-
tro dicente: Circū querens quem deuoret.
Idiſtum etiam oſtendit metaphora illa
pulfationis, qua Deus vitium lib. Apocal.
ſto ad oſtium, & pulſo: qua apertē docemur,
ipſum prius per gratiam excita ntem cor
hominis pulſare; deinde efficiaci eius gra-
tia adiuuante nos illi oſtium aperire, pul-
ſantemque excipere. Cui ſit honor & gla-
ria in ſæcula ſæculorum, Amen.

HOMILIA III.

Proſequimur idem argumentum cau-
ſas alias aſſignantes, ob quas tam
B. Virgo, quam eius Filius ad viſi-
tandam Eliſabeth iter arripuerint,
in eadem verba: Exurgens Maria
abiit in montana.



MARIANÆ viſita-
tionis dulciſſimā tra-
ctationem proſequen-
tes, præſentem homi-
liam ex quatuor eius
cauſis cōtexemus, dua-
bus prioribus ex parte
Virginis, reliquis vero ex parte Chriſti
ſe tenentibus. Primam ex parte Virgi-
nis, pietatis & congratulationis officium
fuiſſe, his verbis docuit Venerab. Beda:
Intrat Virgo domum Zachariæ, non quaſi du-
bia de oraculo, quod acceperat, ſed vt congra-
tulatione, de dono, quod conſeruam recepiffe
Eliſabetham didicerat, hanc eandem rauo-

nem Rupertus Abbas eleganter in hunc
modum illuſtrauit: Habent Sancti hoc pro-
prum omnes, qui in veritate ſanctum habent
charitatis ſpiritum, vt ita gratulentur de be-
neficiis, qua aliis impenſa perceperunt, quem-
admodum & de illis, que ſibi met collata ſunt
tunc properant mutuos ſibi præbere conſpectus
tunc dulcia miſcere colloquia, certatimque oportuna
impertuna impendere inuicem deuote
charitatis obſequia. Quod eſt hoc, niſi trahere,
& currere in odorem vnguentorum Domini
Preioſum erat vnguentum, magnam erat be-
neficiū, quod dederat Dominus: eruli con-
ceptum tantū viri, qui in virtute, & ſpiritu
Eliæ deberet præire ante Dominum, & qui
mator non ſurrexit inter natos mulierum, tan-
ti ac talis vnguenti odorem perceperat, talis
ac tantū beneficii famam, ſue nuntū ab ipſo
Angelo acceperat, & de hoc, ſicut de ceteris,
quis ſiſis, que conſummatio ſuura eſſet, ſpiritu
juncto docete, magna prophetiſſa non ignorabat.
hæc Rupertus. Itaque ex ſententia horum
Patrum, beata Virgo ſeniorē cognatam
viſitat, vt ei de accepta gratia ex pietate
congratuletur; ſic enim Rachel viſo la-
Gen. 29.
cob feſtinans nunciauit patri ſuo: ſic Ie-
tho Moysen generum ſuum viſitauit in Exod. 18.
deſerto cum audiſſet magnalia, qua per
eum operatus fuerat Dominus: ſic Ioa-
chim ſummus ſacerdos, de Ieruſalem ve-
Iud. 14.
nit Bethaniam, vt videret Iudith inſig-
viduam, & de victoria ex Holoferne ha-
bita congratularetur ei, ſic ad Iob ex ma-
Iob. 42.
gna illa calamitate & tentatione, ad ma-
gnas diuitias & honores reſtitutum fra-
tres, & ſores conuenerunt, vt congau-
derent ei: ſic demum ad Tobiam ſenio-
Iob. 12.
rem recepto quod amiſerat lumine, & re-
ducto filio, conſobrini ſe contulerunt, &
Dei beneficiis congratulati ſunt. Hoc of-
ficiū noſtra in Deum & proximū cha-
ritas requirit, vt nedum in rebus proſpe-
ris, ſed in aduerſis fratres viſitemus. Quā
ardens Paulo deſiderium erat, vt fratres
inuiferet, quos toties in epistoſis ſuis ſa-
lutat? Et quidem mundanorum applau-
ſus non niſi proſperitatem ſequitur, auer-
ſatur calamitatem. hinc verē Poëta:

Yyy 2 Afficis

Aspicis, ut veniant ad candida testa columbae?

Vera tamen pietas (vt Maria exemplo suo nos docuit) potius congaudet de felicitate aliena, quam studeat iactare suam, & bona ac mala, quæ proximo obveniunt, sibi collata, & illata putat. vade D. Paulus amore proximi accensus dicebat: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror?* Hanc Mariæ pietatem præuidens Salomon dixit: *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula sumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij?* Ascendit quidem B. Virgo per desertum, cum ad visitandam cognatam abiit in montana: habuit se, vt virgula flexibilis ad pietatem, quam circa Elisabeth exercere ardentem desiderabat; incedebat plena aromatibus myrrhæ & thuris, hoc est, mortificatione obicineris difficultatem, & contemplationis exercitio, à quo, nec iter agens, vacabat, myrrham enim & thus mortificationis & orationis symbolum esse, nemo diffitetur: cum tandem ait: *Vniuersi pulueris pigmentarij, plenitudinem gratiarum significat, quibus B. Virgo delibuta erat, & quæ mirum odorem exhalare non cessabant, vt enim Horatius dixit:*

*Horat. 1. ep. 2. Quo semel est imbuta, recens
Seruabit odorem testa diu.*

cui consonat prouerbum illud:

Quod noua testa capit, inueterata sapit.

Vnde cum B. Virgo ab exordio suæ immaculatæ conceptionis plena esset Deo, pereant omnium gratiarum fonte, remansit omnium aromatizantium virtutum odoribus repleta. Verum illa Virginis pietas non solum ad congratulationem Elisabeth, sed ad operum exhibitionem se extendit; prægnanti enim Cognatæ variis modis inseruiuit, vt non obscure docuit D. Ambrosius, qui ex hac Virginis pia & obsequiosa seruitute, in hunc modum feminas ad similem pietatem hortatur: *Discite, & vos sancte mulieres, sedulitatem, quam prægnantibus debeatis exhibere, nam cum vniuscuiusque necessitati præsto*

*D. Amb. apud
Beauxamis
in c. 1. Luc.*

quis esse debeat, quomodo non magis ei, ad quæ ex conditione sexus imitatur. hinc Tertullianus in lib. ad vxorem, non excusat mulierem etiam coniugatam à visitandis infirmis: Hoc verò (inquit) quam conuenientius est, vt sexum sibi similem, & in ea potissimum necessitate visitent, in qua maledictionem communi omnium matris indictam agnoscent, vt in dolore pariant filios suos? Quanta quæso laus obstetricum hebraearum, & quod filios seruauerint, & suo in parturientes officio minime defuerint? Adificauit enim Dominus eis domos, & ob hæc causam earum familias nobites, & splendidas reddidit.

Secundam causam visitationis Mariæ, exercendæ humilitatis officium fuisse tradit Eusebius Emisenus in hæc verba: *Sic Maria ad Elisabeth, Christus ad Ioannem, Domina ad ancillam, ad seruum Dominus vere non dedignatur. Ecce Mariam per similem lesu, sicut enim ille non ministrati, sed ministrare se venisse asseruit, vnde pedes discipulorum humiliter lauit, ita Virgo, licet Dei mater esset non ministrati à cognata, sed illi ministrare satagebat, hinc eleganter Beda homil. in Visitacione Mariæ dixit: Sanctissima Virgo eandem, quam Angelo exhibuerat, humilitatem, hominibus quoque curauit exhibere, & quod maiorem est virtutis, etiam minoribus: quis enim nesciat, Virginem Mariam Deo consecratam muliere Deo dedita gradum habere potiozem? quis dubitet matrem Regis æterni iure mari militi esse præferendam? attamen memor scripturæ præcipientis Eccles. 3. quam o magnus es, tanto te in omnibus humilia, mox vt Angelus, qui loquebatur ei, ad superna rediit, surgit, ac montana ascendit, & seniorè visitat. seniorè notatèrdixit, vt inde discas senioribus humiliari, ac humilia etiã obsequia libenti animo eis exhibere, memor illius sententiæ: Coramcano capite conserge, & honora personam senis. quam adamulsum adeo obseruabant Lacedæmones, vt refert Beuxamis, vt apud illos, nobilibus nõ liceret ante quoscunque seniores accumbere. immo tantus honor senectui quondam delatus fuit,*

fuit, ut illi templum, ac honorabile domicilium dicatum fuerit, ut auctor est Cicero lib. de senectute; & quod amplius est, ut refert Celestinus, malefactoribus, & homicidis ipsi senes erant velut templa, cum ad illos recurrentes, non secus ac nunc ad Ecclesias confugientibus contingit, impunes fiebant. O lacrymandam nostrarum temporum miseriam, quam eorum praeceptorio, & arrogantia iuuenū, ac senilis aetatis contemptus reddit non minus timendam, quam cum Roboami tempore reiecto senum consilio, Regi iuuenes adhererent. Audiant istorum aemulatores, quantum Salomon in eos inuehat, qui dicunt: *Non parcamus veterano, nec reueriamur canos multi temporis. memorentur Ieremiam tamquam valde exsecrandum malum deplorasse: Et facies senum non erubuerunt, nec miseri sunt. in memoriam tandem reuocent quod, ut Propheta Baruch explicaret prauam cuiusdam gentis indolem, ac corruptissimos mores, non melius id exprimere posse putauit, quam si diceret: Non sunt reueriti senes.*

Ceterum ad duas alias causas huius Vilitationis ex parte Christi se tenentes, de quibus disserere polliciti sumus, accedentes, Primam, eamque inter praecipuas connumerandam censemus, quod cum Christus Dominus diuina electione praedestinatus esset in humani generis Saluatorem, in domum Zachariae a matre duci voluit, ut Ioannem sanctificans, & a peccato originali liberans, possessionem muneris Saluatoris caperet: est enim Christus Dominus ille, de quo Dauid dixit: *Dominus saluos facienti, & Domini Domini exitus mortis: ac si dicat: hoc est proprium munus Dei incarnati, hoc est officium eius, ut homines saluos faciat, & a morte peccati exire efficacissime suadeat, & moueat nisi maus dicere cum Episcopo Chirtopolitano, ut verba illa: Et Domini Domini exitus mortis, causam praesentarent homines saluandi, quod scilicet et ipse per mortem exiit ex hoc mundo ad pa-*

triam; cui expositioni fauet translatio D. Hieronymi, & Domini mortis egressus: Sicut enim dicitur: *Saluator mundi saluandi animas ad domum Zachariae petrexit, ut a Ioanne munus illud exercere inciperet. Atque hinc est, quod quemadmodum Rex Assuerus maiori prosequutus est amore ciuitatem Susan, quam reliquas Imperio suo subactas, quia initium fuit regni quod possidebat: & quemadmodum Dauid ardentissime amabat ciuitatem Sion, per aethonomasiam, & excellentiam vocans illam *Urbs suam*, quia illa prima exsisterat inter omnes, quas expugnauit, ac tandem quemadmodum Dominus Aegidius de Alborno, Archiepiscopus Toletanus, oppidum, quod Hispaniae nomine *Alualata*, singulari beneuolentia adamauit, quia ex illo primis Ecclesiasticis redditibus potitus fuerat, ad eundem certe modum, quia Ioannes fuit prima ciuitas, quam Christus Dominus expugnauit, & in qua primitus omnipotentiam suam saluos facienti virtute ostentauerat, singularissimo amore illum prosequutus fuit: vnde velut sortens gratiarum inundans caelestibus charismatibus illum impleuit, iuxta illud: *Replebitur Spiritu sancto adhuc ex utero matris suae.* Hoc non obscure indicant verba illa Ecclesiastici: *Ego quasi trames aquae immense de fluminis ego quasi fluminis Diorix; & sicut aqua ductus exiit de Paradiso. Dixi: irrigabo hortum meum plantationum: & inebriabo prati mei fructum.* Incarnatae sapientiae verba sunt haec, quae de Paradiso, id est, Patris pectore, veluti yberimus immensa aqua ductus, trames siue Diorix ad irrigandas plantationes, hoc est, hominum atentes animos, exiit in mundum, in B. Virginem primo influens, gratiae admirabilem copiam inuixit. Ad arborem deinde, quam in Elisabeth sterili terra plantauerat, festinans, caelesti donorum optato liquore, illam irrigauit spirituque compleuit, de quo eodem cap. Spiritus, ait: *mens super mel dulcis: Accelerato enim vsu rationis buncyrum, & Isa. 7. mel comedit, ut sciret reprobare malum, &**

Yyy 3 eligere

D. Hier. sup. eund. Psal.

Essther 1.

2. Reg. 5.

Luc. 1.

Eccl. 2. 4.

Isa. 7.

aligere boni Secunda deinde causa eiusdem
 Viscationis ex parte Christi arbitror esse
 similitudinem magnam, singularem sym-
 pathiam, quam inter ipsum, & Ioannem
 futuram fore præcognouit: est enim satis
 tritum proterbium illud: *Similis similem*
querit: & experientia ipsa non minus cõ-
 probatum. quid enim Achillis animum
 compulit (vt Historiographi narrant) ad
 querendum Hectorem; quid Prothoge-
 nem mouit, vt Apellem videadi deside-
 rio arderet, quid (vt refert D. Hieron.) Pla-
 toni, Pythagoræ, & Apollonio efficaciter
 suasilit longissima itinera conficere ad cõ-
 sulendum Architam, & Hiartham cele-
 bres philosophos nihil aliud certè, quam
 mira sympathia & similitudo, Achillis &
 Hectoris in armis, Prothogenis & Apellis
 in pingendi peritiâ, Platonis & Archyæ
 in Philosophiæ arcanis percellendis; fu-
 tura igitur similitudo, & sympathia inter
 Ioannem & Christum ab illo præcogni-
 ta, causa extitit, ob quã Dominus Ioan-
 nem quæritaret, & visitaret. Hanc autem
 similitudinem non vulgarem, sed eximiam
 extitisse inter hos sacros infantes multa
 mihi persuadent. Vterque aduentus pro-
 phetarum vaticinio prædictus fuit, Chri-
 sti quidem ab Isaiâ: *Paraulus natus est na-*
bis, & filius datus est nobis; Ioannis verò à
 Malachia: *Ecce ego mitto Angelum meum, &*
preparabit viam ante faciem meam. Si de
 Christo Ioan. ait: *Misit Deus filium suum*;
 idem etiam ait de Baptista: *Fui homo mis-*
sus à Deo. si Gabriel Angelus Christi na-
 tiuitatem nunciavit, idem certè de nati-
 uitate Ioannis Zachariam præmonuit, vt
 tradidit D. Lucas. si Christus verbum est
 expressiuum patris, Ioannes quidem vox
 est expressiuua Christi, illum manifestans:
Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mun-
di. si de Christo Isaiâ dixit: *Et requiescet*
super eum spiritus Domini, de Ioanne Euan-
 gelista Lucas ait: *Spiritu sancto replebitur*
adhuc ex vtero matris sue. si Christus ex
 matre Virgine, natura mirante, concipi-
 tur: *Ecce Virgo concipiet*: Ioannes etiã ex ma-
 tre sterili miraculosè gignitur: *Hic mensis*

Adag.

D. Hier. ep.
ad Palin.

Isa. 9.

Malach. 3.

Ioan. 3.

Isa. 11.

Luc. 1.

Isa. 90.

sexus illi, quæ vocatur sterilis, quia non erit
impossibile apud Deum omne verbũ. si Chri-
 stus filius est Virginis naturalis, Ioannes
 quidem eiusdem filius est spiritualis, cum
 mediane eius salutatione, tamquam di-
 uine virtutis instrumento, in filium Dei
 adoptiuum regeneratus fuerit: *vt facta est*
vox saluatoris tui in auribus meis exulta-
uit in fœtu in vtero. Si Angelum in Christi
 natiuitate dicentem audimus: *Ecce euan-*
geliza vobis gaudium magnum, quia natus est
vobis Saluator: Angelus etiam de Ioanne
 dixit: *Multi in natiuitate eius gaudebunt*. si
 nomen Iesu, celestis fuit Christo impo-
 situm: *Vocatum est nomen eius Iesus*: Bapti-
 stæ etiam ex diuina reuelatione pater,
 cum murus esset, cepit loqui dicens: *Io-*
annes est nomen eius: nato enim Ioanne
 qui vox erat, vox nata est patri eius, si
 Isaiâ *Angeli* cognomen Christo Domi-
 no dedit: *Vocabitur eius vt lampas accendatur*;
 eandem Ioanni *Angeli* appellationem
 Malachias impetiuuit, si Christus Domi-
 nus splendide lampadi comparatur, &
 ardenti: *Saluator eius vt lampas accendatur*;
 Ioannes ardenti lucernæ confectur: *ille*
erat lucerna ardens & lucens. si Christus
 peccatorum pœnitentiam prædicabat:
Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribit-
is Ioannes idipsum omnibus clamabat:
panitentiam agite. Ac tandem adeo persi-
 milis Ioannes Christo extitit, vt multi
 dubitarent, an ipse esset verus Christus:
Tu es, qui venturus es, an alium expectamus
 alij verò è contra Christum Ioannem Ba-
 ptistam esse existimabã; illo enim inter-
 rogante, *quem dicunt homines, esse filium bo-*
minis Pterponsum accepit, nonnullos pu-
 tasse esse Ioannem Baptistam: alij Ioannem
 Baptistam, alij Ieremiam: & vtro verbo
 multa dicam, eò processit hæc mira inter
 Christum & Ioannem similitudo, vt opu-
 fuerit Euangelistã Ioannem, ne mundus
 deciperetur, Baptistam veram reputans
 esse Messiam, expressis verbis, dum Euan-
 gelicã texeret historiam, hæc verba dicere
 Non erat ille lux, sed vt testimonium perhibe-
 ret de lumine, sic enim illũ descripsit, & di-
 stinxit

Luc. 2.

Matth. 6.

Luc. 4.

Isa. 9.

Malach. 3.

Isa. 62.

Luc. 15.

Matth. 3.

Matth. 16.

Matth. 16.

Ioan. 8.

Finxit ab increata luce Verbi incarnati, de quo immediate subiunxit: *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Hæc igitur futura similitudo à Christo præcognita, causa exstitit, ut ipse Ioannem visitaret, & quodam sympathiæ ac symboliæ modis pondere in eum ille ferretur, & traheretur, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA. IV.

ostenditur iterum Christus Dominus in vtero matris festinasse, ut Ioannem sanctificaret; cuius occasione Sanctorum Patrum testimonium palam fit, quomodo sit Deus ad misericordiam proclivis & velocis: De misericordia autem in hac visitatione diximus collata gaudent Ioannes, Elisabeth, Zacharias, Deipara Maria, Christi humanitas, mundus & beatissima Trinitas.



In hac facta Visitatione, in qua Beata Virgo, velut serculum veri Salomonis, Christum Dominum ad Ioannem detulit, contemplet æternum Patrem unigenitum suum humana carne recens indutum, his verbis vrgeret: *Fili mi, discurre, festina, suscitatum tuum: ac si diceret: Visita fili futurum tuum amicum Ioannem, idque festinanter, ut citò à peccati originalis morte ad vitam gratiæ illum renoces.* Sanè Christus, tamquam Patri obedientissimus, festinavit continuo salutari suæ gratiæ medicinam ad mortis infirmitatem sanandam, illi exhibere, de qua Salomon dixit: *Medicina om-*

nia in festinatione nebulae: festina ante enim

Maria per nebulam significata (quia sicut nebula solem tegit, ita ipsa humanae carnis nebula, iustitiæ solem, æterni Patris filium cooperuit) festinante inquam Maria, qua Christus Dominus ferebatur, festinavit ipse, ut Ioannem à Diaboli faucibus eriperet. Sed quid quæso non acceleraret, cui propter summam eius velocitatem Pater hoc nomen imposuerat, *Ac Isai. 8. celeria, spolia detrahere, festina, prædarii: hoc est, à Diaboli misera seruitute animas eripere propera.* In cuius figuram legitur de Samsonè dictum esse: *Erit enim Nazareus ab infantia sua, & ex matris vtero, & ipse incipiet liberare Israel de manu Philistinorum: ecce nunc Christum patris fortitudinem per fortissimum Samsonem significatum, qui ab vtero virginis matris suæ cepit liberare Ioannem ab infestissimo hoste peccati originalis.* In eo sanè illud Isaiæ portentum impletum intueor: *Delectabitur infans ab vberibus super foramine aspidis; & in caverna Reguli, qui ablactatus fuerit manum suam mittet: licet enim frequentius hæc verba intelliguntur de Christo infante ab Idolorum culeu Reges Magos vocante, meritò etià de ipso in vtero matris existente intelligi commode possunt, cum inde omnipotentis virtutis suæ manum in cavernam animæ Ioannis mittens, in qua peccati originalis aspis, seu regulus iacebat à veneno huius mortiferi serpentis illum eripuerit: per similitudinem in hoc fortissimo illi Herculi, de quo narrant historiographi, quod infans à matris vberibus pendens, dracones mira sua fortitudine suffocabat, quàm veraciter tunc posset Ioannes sibi usurpare verba illa Dauid: *Domine sollicitus est mei: nec non & illa Iob. 10. Iob: Vitam, & misericordiam tribuisti mihi, & visitatio tua custodivit spiritum meum?* In his beneficiis Ioanni collatis videtur mihi Christus Dominus fecisse, quod olim Imperatores, cum Romam victores ingrediebantur, factitabant; ut enim commemorant Antonius Augustinus Ar-*

chiepi-